



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici**

**Andreas, Valerius**

**Francofurti & Lipsiae, 1720**

XII. Ut Ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63277](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63277)

potest interdum, ut major pars numero, non sit tamen sanior, & contra.

3. Quid si major pars numero dissentiat a saniore, que pars sequenda erit?

Neutra, ex communiore & veriori c. i. & ult. sententia, scilicet neque quod pars major non sanior, neque quod sanior non major senserit: quia requiritur major & sanior pars Capituli conjunctim. Atqui Reg. est, ubi lex duo conjunctim requirit, ibi alterum non sufficere.

4. Quid si minor pars justiore rationem habeat contradicendi, quam major & sanior consentiendi?

Nihilominus major & sanior pars praevalabit & insequendum erit, quod illa senserit: quia prae sumitur major & sanior pars etiam justiore rationem esse secuta; non tamen prae sumptione juris, que admittitur probatio, minoris partis in contrarium.

Ut Ecclesiastica beneficia sine deminutione conferantur.

TIT. XII.

1. Cur beneficia sine deminutione conferri debent?

N 3

Quia

*c. 7. inf. de  
censib. c. 8.  
& 36. sup.  
de praben.*

**Q**uia hoc saperet speciem Simonie, si Prælati concedendo beneficium pacisceretur, aut alias retineret sibi partem aliquam proventuum ex beneficio. Neque etiam permittunt Canones, beneficium unum dividi in duo.

2. *Quid si detrahi partem fructuum ad vendendum ad alienum sit necesse?*

*c. pen. inf.  
De V. S.  
c. un. b. t.  
& ibi Ab.  
bas d. c.  
un. S. si  
vero.*

Poterit Episcopus cum Capitulo De V. S. saltem ad tempus, priusquam beneficium conferatur, retinere partem proventuum beneficii vacantis, ut ita Ecclesiam liberet a re alieno. Quæ tamen retentio fructuum non debet fieri a Prælato, paciscendo cum eo, cui beneficium confertur, quia hoc saperet Simoniam.

De rebus Ecclesiæ non alienandis.

### TIT. XIII.

Clerici in bonis seu rebus Ecclesiæ, quibus fructus percipiunt ratione beneficii sui, quæque Ecclesiæ ipsorum ministerio continentur, præter administrationem nihil juris sibi vendicari possunt, ut neque alienandi eas jus habeant.